



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

2. Beatus qui invenit amicum verum, & qui narrat justitias auri audienti.  
Dilige proximum, & conjugere fide cum illo. Eccl. 25. & 27.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

scire, quod major pars harum nostri ani-  
mi miseriarum proveniat ex solitudine  
interna, & quod earum remedium sit  
vera amicitia. *Amicus fidelis medicamen-  
tum vite.* Eccl. 6.

REGULA SECUNDA.

*Bonus qui invenit amicum verum,  
& qui narrat justitias auri  
audienti. Dilige proximum, &  
conjugere fide cum illo.* Eccl.  
25. & 27.

PARAPHRASIS.

*Magna felicitas est invenire bonum ami-  
cum, & invenire aures capaces, qua  
aut norunt audire veritates utiles, aut  
reticere secreta alicujus consequentia.*

*Amatui similem, & satisfac animæ tuæ,  
jungendo te cum amico per confiden-  
tiam perfectam, nihil habendo in cor-  
de tuo, quod alteri non sit commune.*

REFLEXIO.

**I**D quod animæ nostræ confidere vo-  
lunt, & id quod quasi ex se extrahere  
& in alias animas transferre volunt, sunt  
tres

tres res: nempe earum scientia, secretum & persona.

Dum communicant suam scientiam, id est notitias quas per studia, vel notitias quæ per famam acquisierunt, vel informationes & lumina quæ habent in publicis negotiis aut aliis occasionibus. Unico verbo, quando cogitationes sunt indifferentes communicant, & hoc conglusta faciunt, est vera familiaritas. Quando ulterius progrediuntur & suas lectissimas cogitationes communicant, est amicitia. Dum autem ad ultimum terminum procedunt, & aspirant se ipsas communicare, & transferre sua corda in aliud cor, & secundum id quod natura & gratiæ possibile est, ex duobus animis unum conficere, hoc propriè & præcipue est, quod vocamus amorem.

Benevolentia sequitur amorem, sequitur & pariter amicitiam; Bene enim volumus objecto, statim quò id amamus. Nostra bona ipsi sunt communia. Quod spectat ad hominem, spectat etiam ad amicum. Quia acquirere amicum fidelem & fidelem, est in momento sequitur

quirere omne id quod possidet, & id quod acquisivit multis annis. *Beatus qui invenit amicum verum.*

REGULA TERTIA.

*Amico fideli nulla est comparatio, & non est ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.*

Eccl. 6.

PARAPHRASIS.

*Nihil pretiosius bono amico. In statera sapientum plus ponderat, quàm omne aurum & argentum totius orbis.*

REFLEXIO.

**E**Xcellenter hodie loquimur de amicitia: Est tamen objectum tale, cui apparenter plus mali fit, in consideratione ejus boni, quod de ea loquimur. Nostrum sæculum est desuper eloquentissimum, & felix in verbis & cogitationibus. Nunquam fuerant tot admiratores hujus pulchræ virtutis, nec unquam tot panegyrici, & tot opera composita in ejus honorem. Ubique fit mentio de amicitia in omnibus libris, in omnibus congressibus & societatibus,

ia